





*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



POSITIONES  
LEGALES

DISPUTATIONIS XIII.

DE LEGATIS,  
EORUNDÉMOVE ADEM-  
PTIONE, TRANSLATIONE,  
ET LEGE FALCIDIA,

*Ex tit. 20. 21. & 22. lib. 2. Inst. Imp. &  
Concordantibus Iuris ff. & Codic. texti-  
bus depromta;*

*Q V A S,*

*IEHOVA adiuvante fortunanteq;*

*P R A E S I D E*

*Nobilissimo, Consultiss. atq; Ampliss. Viro*

*DN. ARNOLDO DE REYGER*

*L. V. D. ET IN INCLYTA SALANA*

*Academia publico Pandectarum*

*Professore*

*Discutiendas, & pro virili defendendas  
proponit*

*IOANNES POPPIVS VINARIENSIS*

*Tyrigeta,*

*Ad Diem VII. Decembr.*

*Hora locoq; consuetis.*

*Omne artificium exercitijs indies incrementum re-  
cipit. l. legatis 65. ff. ornatricibus ff. de leg. 3.*

*I E N Æ Tyrigetarum,*

*Ex Typographico Tobie Steinmanni.*

*Anno M. D. XCIV.*





MAGNIFICA VIRTUTE, AM-  
PLISSIMIS, SOLIDA DOCTRINA, ET AVTO-  
ritate Clarissimis atq; Consultis,  
Viris, DN.

MARCO GERSTENBERG.  
Dn. in Trackendorff & Schwerstett.  
I. C. Celeberrimo, & Illustrissimorum  
Principum ac Ducum Saxonie &c. Can-  
cellario fidelissimo,  
NEC NON

Clarissimo ac Consultis. Viro DN. ELIÆ  
FORSTERO J. V. D. ITIDEM Illu-  
strissimorum Principum Saxonie Consiliario  
vigilantissimo.

Dominis & patronis suis debita animi  
observantia colendis.

Hasce de Legatis suas primitias, lubens,  
merito, reverenter, & submissè legat,  
offert, & dedicat

Joann. Poppius. Resp.





D E L E G A T I S.  
*Continuatio.*

Haecenus de Testamentis & hæredib. instituen-  
dis, superest ut nunc de legatis disputemus.  
*In princ. Inst. h. t. §. fin. §. per quas personas nobis acquir.*

T H E S I S I.



ST autem legatum donatio qua-  
dam à defuncto relicta.

*Theoph. hic. §. 1. Inst. h. t. l. 36. de leg. 2.  
Vlp. in fragm. h. t. l. legatum 116. de leg. 1. arg.  
l. 1. de donat. Don 8 com. 2. Vas. l. 2. nu. 4. Diss.  
Cuiac. par. eod. Vult. 1. Jurisp. 76. n. 3:  
2.*

Olim genera legatorum quatuor erant *a*, sed ho-  
diè verborum solemnitate sublata, una omnibus at-  
tributa natura est *b*: & per omnia fidei commissa sin-  
gularia legatis sunt exæquata *c*.

*2 §. 2. Inst. h. t. Paul. recept. sent. lib. 3. Vlp. in fragm. h. t. Caius  
lib. 2. tit. 4. Duar. 2. disp. cap. 9. b Constantini, Constantij, & Con-  
stantis l. in legatis 21. C. h. t. c. Borch. Inst. §. sed olim vers. vt om.  
h. t. l. 1. & 2. c Communia de legatis l. 21. C. de lega-  
tis. Corras. lib. 5. Misc. C. 17. Cuiac. obs. lib. 8. c. 4. Revad. var. lect. lib. 3.  
cap. 4. Duar. ibi Zas n. 15. Diss. Cuiac. 8. obser. 4.*

3.

Legare possunt omnes, cum quib. testamenti fa-  
ctio est *a*: & his etiam legari potest *b*.

*a Vvesenb. in par. h. t. num. 3. l. 2. d. leg. 1. & ibi Duar. l. 1. de  
leg. 3. Vlp. in frag. tit. 25. §. 3. Diss. Accurs. in l. 1. per l. 11. de test. mil.  
l. 9 l. 1. Codic. b Donell. 8. com. 6. Cuiac. 7. obs. 30. Diss. Vasq. de succ.  
resol. §. 2. n. 22.*

A 2 Imò



4.

Imò hodiè incertis quoq; personis a, ut posthumo alieno potest legari b.

a *§. incertis v. 25. vers. incertis autem ubi Mynsing. l. h. t. fac. §. ult. l. de Oblig. quæ ex q. Contract. nasc. Treut. disp. 13. v. o. um. vlt. th. 2.*  
b *§. posthumo quoq; 26. l. h. t. fac. l. Gallus §. ille Casus ff. de lib. & post. Don. in l. 5. de reb. dubijs.*

5.

Sed hæredi à semetipso, & pro qua parte heres est legari non potest: quemadmodum nec servo hæredis aliter, quam sub conditione, si quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

*§. An servo 32. cum seq. l. h. t. l. 82. ff. de cond. Et. & demonstr. l. 31. de hæred. inst. Cuiac. obs lib. 4. cap. 4.*

6.

Error quoq; testatoris in nomine, cognomine & agnomine ipsius legatarij a: ut & falsa demonstratio, non vitiat legatum, modo alioquin constet de persona b, cui aliquid relinquere voluit: ut nec falsa causa legato adiecta c.

a *§. si quidem 29. l. h. t. Borch, hic Myns. d. §. l. h. t. b l. 3. C. de testamentis l. falsa 33. & seq. ff. de cond. & demonstr. §. longe magis 31. l. h. t. c l. demonstratio 17. §. quod autem ff. de cond. & demonstr. l. librorum §. quod tamen de leg. 3. d. §. si quidem l. h. t.*

7.

Legari autem possunt res omnes, quæ commercijs hominum exemptæ non sunt a: sive corporales: sive incorporales b: sive testatoris propriæ c; sive etiam alienæ sint.

a *Quia ea quæ in com. hominum non sunt legari furiosi est. l. Idem Iulianus §. constat de leg. 1. §. 1. §. de inutil. stip. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. obl. b §. Tam a. Inst. h. t. c §. non solum l. h. t. l. 39. in fin. l. 104. ff. eod. l. 67. §. si rem tuam 8. de leg. 2. l. 10. C. eod. & ibi Hottom. Mynsing. Borch. l. h. t.*

Sires



8.

Si res alienæ (quas testator scierit tales esse a:) sint legatæ: cogitur hæres eas redimere & præstare, vel si eas non potest redimere, æstimationem earum dare c.

a §. 6. l. h. t. in fin. b §. non solum. §. sed etsi l. h. t. c l. 12. de leg. 2. l. 14. §. fin. l. 30. §. fin. de leg. 3. l. 5. C. eodem.

9.

Et quæ de aliena re dicuntur, eadem distinctione locum quoq; habent in propria, quam testator pro debito alteri legavit, ut cum onere, vel sine onere, accepti debiti ad legatarium transeat.

l. prædla obligata C. de fideicom. l. si res obligata de leg. 1. Borch. hic. Schilb. §. non solum inst. h. t.

10.

Idem iuris est in re pignoratâ sciente testatore legatâ: nam & hanc hæres luere cogitur.

§. sed etsi 5. l. h. t. l. si res obligata 57. de leg. 1. l. licet 15. de dot. prælegat.

11.

Sed si rei alienæ legatæ vivo adhuc testatore legatarius cum onere factus sit dominus, tenetur ei hæres, ad restitutionem pretij a: Sin v. cum lucro, nihil ab herede accipit, quia nemo eandem rem bis lucrari & possidere potest b.

a §. si res 6. inst. h. t. l. 66. Mævius §. duarum. ff. de leg. 2. b l. 83. nec stipulantem §. si rem ff. de verb. oblig.

12.

Eæ quoq; res, quæ in rerum natura non sunt, si modo futuræ sunt, rectè legantur.

§. Ea quoq; 7. inst. h. t. l. quod in rerum 24. in princ. ff. de leg. 1.

13.

Nec non duobus vel pluribus eadem res, sive

A 3

coniun-



coniunctim, disiunctimvè in eodem testamento lega-  
ri potest *a*. Et eo casu cum omnes vel ambo ad lega-  
tum perveniant, illudq; petant, scinditur inter eos le-  
gatum *c*. Deficiente verò uno, & vel voluntate, quia  
sprevit legatum, alijs ea accrescit portio ex tacita tes-  
tatoris voluntate *c*.

*a* §. si eadem 8. Inst. h. t. l. duobus 85. de leg. 1. Vulgo Dd. in l. 89.  
de leg. 3. Duar. lib. 1. com. 10. Diff. Accurs. in l. pen. de usuf. accresc.  
Cuiac. 15. obs. 4. & 24. obs. 34. Hottom. hic t. 8. Duar. lib. 1. c. 6. b  
Borch. hic & Mynsi. d. §. Inst. h. t. c. l. 1. de leg. 3. §. ubi legata l. 33. de  
leg. 1. l. 8. cod. 3. l. 89. & ib. Bart. de leg. 3. l. 142. de verb. sig.

14.

Proprias verò legatarij res à testatore purè lega-  
ri non posse manifesti iuris est *a*, quod etiam ante  
Iust. à multis Iuris responsum fuit *b*. Quod enim se-  
mel proprium alicuius est, amplius eius fieri nequit *c*.

*a* §. Sed si rem 10. l. h. t. l. proprias C. de leg. 1. 39. §. 2. ff. cod. 3.  
& Communiter Dd. hic. b l. 38. cum quis decedens de leg. 1. l. 1. Marcius  
66. §. fundo de leg. 2. l. 39. apud Iul. §. si Tit. us de leg. 2. c. l. si rem  
meam de verb. Ob. l. non ut ex plurib. ubi gloss. de R. iuris.

15.

Sed testatore rem propriam q. alienam legante  
utile quoq; est legatum *a*, cum plus valet quod in  
veritate est, quam quod in opinione.

*a* l. 67. §. si rem tuam 8. de leg. 2. §. si quis rem 11. Inst. h. t. b  
l. is qui putat 15. ff. de equi. hered. d. §. si quis 1 h. t. l. cum quid §. fin. &  
item apud §. interdum §. is qui ff. quibus modis usuf. amittitur.

16.

Contra verò, si testator rem alienam legavit  
q. suam, legatum est inutile *a*, nisi proximæ perso-  
næ reliquerit: hoc enim casu ignorantia testatoris  
non vitiat legatum.

*a* §. Quod



a § Quod a 4. l. h. t. l. cum alienam C. h. t. l. Quintus § si. de auro  
e argento legato. l. pradia obligata C. de fid. com.

17.

Relictum itaque rei alienæ legatum, proximis  
personis veluti uxori aliæve tali personæ, quæ sit intra  
gradum quartum valet a, etiamsi testator rem alic-  
nam esse non ignoraverit b.

a d l. cum alienam C. h. t. VVesenb. §. non solum. b l. 37. ff. de  
don. inter vir. e vxor. l. in lege, de V. S. l. cum intestamento ff. eod. l. hoc  
legatum de leg. 3. l. item legato d. leg. 3. l. verius ff. de prob.

18.

Et licet legatarius rem legatam vivo testatore a-  
lienaverit, dominiumq, à se in alium transtulerit a,  
tamen eo casu ne quidem huiusmodi rei legatum  
subsistere posse putamus ex Regula Catoniana b.

a § Sed si rem 10. Inst. h. t. Borch. hic. l. 41. §. 1. de leg. 1. b l.  
quod ab initio de R. I. l. qui a quolibet de contrah. nupt. l. 5. de aut. tut. l.  
pen. de R. I.

19.

Quippe hoc casu nec æstimationem quidem de-  
beri statuimus a. Quoties n, ex legato non debetur  
res, toties nec eius æstimatio deberi potest b.

§. Sed si rem 10. in fin. l. h. t. l. proprias. C. h. t. b d. §. sed si §.  
non solum. 4. l. h. t. e ib. VVesenb.

20.

Non inutile videtur legatum, cum testator de-  
bitori suo legat, quod debitor ipsi debet a, licet  
domini debitores eorum sint quæ debent. b.

a § si quis debitori 13. l. h. t. l. de liberat. legata l. 3. in princ. d.  
e. b d. l. 1. e Borch. hic. Mynsing. § si quis Inst. h. t.

Sed



21.

Sed non contra utile est legatum a; si debitor creditori suo quod debet legaverit, si non plus sit in legato, quam in debito b.

a §. Ex contrario 14. Inst. h. t. Mynsing. hic. & Schilb. d. §. Inst. h. t. d. l. legavi §. ult. de liber. legat. l. fin. a. de leg. 1.

22.

Simili etiam modo maritus uxori suæ dotem utiliter legare potest a, quoniam plus est in legato, quam in actione de dote.

a §. sed si uxori 15. Mynsing. Borch. Inst. h. t. b. l. 1. de dote preleg. l. vnic. §. fin. Sciend. ff. de Rei uxori. actione.

23.

Ancillas verò cum natis legatis, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt.

l. si ancilla 26. cum ll. seqq. ff. de leg. 1. l. 3. de pecul. leg. §. si quis ancillas 17. Inst. h. t. l. 3. & l. 4. ff. de pen. legat.

24.

Idem iuris est si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit a. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur b.

a §. si quis ancillas 17. Inst. h. t. l. cum princip. l. nihil dolo de R. I. b. l. si cui 5. de Instruct. vel instrum. leg.

25.

Item si grex legatus sit, sive detrimentum, sive decrementum, sive augmentum in grege extiterit legatarium concernit a, idem quoq; in peculio legato obtinet b.

a d. §. 17. v. idem est. cum seq. l. h. t. l. 1. & l. deniq; §. ult. ff. de pec. legat. b. fac. l. 5. l. si cui fundum. ff. de fund. instr. leg. §. si peculium Inst. h. t.

26.

Regulariter legata, electio penes ipsum legatarium est, nisi aliud testator expresserit.

l. 2. de



l. 2. de opt. leg. §. si generaliter 22. Inst. h. t. l. legato 87. de legat.  
l. 1. 23. de leg. 2. l. 71. l. 108. §. 2. de leg. 1. d. l. 2. de opt. leg. l. 20. §.  
34. in fin. de leg. 1. §. Optionis Inst. h. t.

26.

Seorsim quoq, alicui legari potest, ut ipse habeat  
ius eligendi, & hoc legatum vocatur legatum opti-  
onis.

tot. tit. de opt. leg. l. 2. ff. d. t.

27.

Verum si legatum sine hæredis facto perierit a  
hæres à legati præstatione liberatur, & legatario de-  
cedit, cum legatarius sit dominus b.

a §. si res legata Inst. 16. h. t. l. 26. §. 1. de leg. 1. aliud est in cor-  
pore incerto. l. quod te. Si cert. pet. l. 36. in fin. de leg. 1. b l. 23. §. l. 91.  
de verb. oblig. de §. si res Borch. h. t. ea n. quæ legata sunt recta via ab  
eo qui legavit ad eum cui legata sunt transeunt. l. si à Titio 72. de Rei  
vind. l. 2. ff. de pig. act.

28.

Potest autem legatum & pure & sub conditione  
relinqui; ex certo die & in certum diem.

Vvesenb. in par. in 8. de leg. 1.

29.

Nec refert hodiè an post, vel ante heredum insti-  
tutionem legata relinquuntur.

l. 24. C. de test. §. ante Inst. h. t.

30.

Cæterum poenæ nomine inutiliter olim legaba-  
tur, & adimebatur & transferebatur. At hodiè ge-  
neraliter licet, si poenæ nomine legata sint relicta,  
sive adempta sive in alium translata a, modo non sint  
impossibilia, vel ll. interdicta b.

§. poenæ quoq, vlt. l. h. t. l. i de his quæ poen. l. si mihi §. 1. ff. de  
leg. 1. b §. impossibilis §. de hæred. Inst. l. obtinuit de cond. & demonst.

31.

Proq; legatis consequendis variæ à Iust. Imp.

B

conce-



conceduntur actiones *a*: nam tam rei vindicatio,  
quam actio hypothecaria *b*, & personalis, ex q. con-  
tractu hæredis cum legatario inito descendens com-  
petit *c*.

*a* §. Nostra *a*. Inst. h. t. l. 1. §. 2. C. com. de leg. l. 76. §. 1. de leg.  
2. *b* d. §. Nostra *a*. & ibi Vvesenb. l. filiasfam. de test. & ibi Cuiac. lib.  
2. C. com. de leg. c. d. 5. Inst. d. l. 1. §. 2. C. cond. leg.

32.

Et quoniam ultima testatoris voluntas semper  
ambulatoria esse debet, usq; ad supremum vitæ exis-  
tum *a*: ideo & permittitur superiorem voluntatem  
corrigere, commutare, rescindere: Proinde legata a-  
dimi possunt *b*, vel in eodem testamento vel in alio,  
vel in Codicillis testamento confirmatis sive expressè  
verbis contrarijs, sive tacite ob capitales inimicitias,  
sive in totum, sive pro parte.

*a* l. 4. de adim. leg. Mynsing. in pr. h. t. *b* §. 1. Inst. h. t. l. 1. §. 2. &  
3. de ademp. leg. l. 17. de leg. l. si quis §. 1. de vulg. & popul. subst. l. 28.  
de leg. 3.

33.

Porro sicut adimi: ita & transferri legatum po-  
terit *a*, quod tamen & alijs quatuor contingit modis:  
Aut enim à persona in personam transfertur: aut ab  
eo, qui dare iussus est, transfert ut alius det: aut cum  
res pro re datur: aut quod purè datum est transfer-  
tur sub conditione *b*.

*a* l. sicut adimi. de adimend. leg. Mynsing. §. transferri Inst. h. t. §.  
fin. Inst. h. t. *b* l. 6. de adim. leg. Borch. Schilb. hic.

34.

Præterea delibari minuiq; legata per L. Falc. possunt.  
Hæc enim novissimè in favorem heredum,  
modum finemq; Legatorum imposuit: Ita ut scriptis  
heredib. extraneis *a* relicta quarta non plus doctran-  
te legatis absumere liceat *b*

*a* Secus



*a* §. *Secus liberis* Inst. Cuiac. in Novell. 18. *b* Inst. b. t. l. 2 ff.  
b. t.

35.

Neq; tantum locum hæc lex habet, si unus, ve-  
rum si & plures hæredes instituti sunt *a*. In singulis  
enim hæredibus Legis Falcidæ ratio ponenda est *b*.

*a* §. 1. Inst. b. t. l. 77. in sing. ff. b. t. *b* d. l. 77. Mynsi. h. c. l. is qui  
de vulg. subst.

36.

Hæres autem magno incommodo aut detrimen-  
to hæreditati illato hæreditatem adire cogi potest.  
Liberum enim arbitrium non adire hæreditatem,  
pacisci tamen cum legatarijs de certa portione præ-  
standa necessum habet.

*d*. §. *Quantitas in fin.* l. in quantitate h. t. Borch. Inst. b. t.

37.

Quantitas a. patrimonij ad quam ratio L. Falc.  
redigitur mortis tempore spectanda est *a*. Et sicut  
augmentum rerum hæreditariarum, ante aditam hæ-  
reditatem non potest prodesse legatarijs: Ita & di-  
minutio earum eis non nocet.

*a* §. *Quantitas a.* Inst. b. t. l. in quantitate ff. b. t. l. cum quis § 1. d. t.  
Papinianus l. eo tempore §. si creditor de peculio b l. omnis hereditas  
de R. I. l. Hæres quoq; de acquir. hered.

38.

Et in subducenda L. Falcidæ ratione primo  
æ alienum, id est, quod testator alijs debet subtrahi-  
tur *a*. Item quod iu funus impensum est, subtrahen-  
dum erit *b*. Nec non precia servorum manumisso-  
rum deducuntur *c*.

*a* Cum *a*. Inst. b. t. l. in imponenda C. eod. *b* d. §. cum *a*. l. at si  
quis l. sunt personæ de Relig. & sumpt. fun. *c* d. §. cum *a*. l. 1. sed qui  
domini C. de lat. libert. tollend. l. etsi non secus. eodem.

B 2 Et ita



39.  
Et ita deductionibus factis id quod in hereditate  
superest inter legatarios, pro quantitate legatorum,  
distribuendum est.

*d. §. cum a. in fin. h. t. d. l. in quantitate ff. h. t.*

40.  
Coronidis loco sit, quod non solum ab hære-  
de instituto eiusq; successore Falcidia detrahitur: sed  
etiam hæredi venienti ab intestato hoc conceditur.

*Vvesenb. in par n. 6. h. t.*

## C O R O L L A R I A.

1.

**L**egatarijs verbis tantum coniunctis utrum accre-  
scat, valde controversum est. Nos negantium  
sententiæ tanquam veriori subscribimus.

2. Vtrum legatum rei alienæ, quàm testator suam  
putabat favore piæ causæ valeat? Et valere putamus.

*Arg. l. 10. C. h. t. l. sunt 43. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. sancimus 18.  
C. de SS. Eccles. l. quidam 25. §. si quis ff. ad Trebell. l. Paulus 39. ff. de  
fideicommiss. libert.*

3. Feudum hæreditarium prælegari posse, anti-  
quum non item cum And. Gail, statuimus.

*lib. 2. obs. 154. num. 13.*

4. Falcidiam testator secundum ius Dig. & Cod.  
prohibere non potest: secus est de iure novissimo.

*l. Quod bonis §. 1. l. pater filiam. l. seius ff. ad l. Falcid. Novel. 1.  
vid. Borch.*

5. An etiam legatarijs & fideicommissarijs com-  
petat beneficium Legis Falcidiæ? Negat Vlpianus  
1 C. Affirmat Mæcianus.

*In l. Lex Falcidia §. 1. ff. ad leg. Falcid. in l. pænalis §. si Titio 48.  
ff. eod.*

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L









PAVI

POSITIONES

LEGALES

DISPUTATIONIS XIII.

DE LEGATIS,  
EORUNDÉMOVE ADEM-  
PTIONE, TRANSLATIONE,  
ET LEGE FALCIDIA,

*Ex tit. 20. 21. & 22. lib. 2. Inst. Imp. &*

*Concordantibus Iuris ff. & Codic. texti-  
bus deprompta;*

*Q V A S,*

*IEHOVA adiuuante fortunanteq;*

*P R A E S I D E*

*Nobilissimo, Consulto, atq; Ampli. Viro*

*DN. ARNOLDO DE REYGER*

*I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA*

*Academia publico Pandectarum*

*Professore*

*Discutiendas, & pro virili defendendas  
proponit*

*IOANNES POPPIVS VINARIENSIS*

*Tyrigeta,*

*Ad Diem VII. Decembr.*

*Hora locoq; consuetis.*

*Omne artificium exercitijs indies incrementum re-  
cipit. l. legatis 65. ff. ornatricibus ff. de leg. 3.*

*I E N A Tyrigetarum,*

*Ex Typographico Tobiae Steinmanni*

*Anno M. D. XCIV.*

